

THEATRUM PHI-

TON CAROLO,

IN TYPIS ETATIENSIS
PER PETRUM FRANCIS

JACOBOTERIDERICOLUDOVICI,

ADM. POTESTIS REGIS HOL. IN CONSIL. AULICO

PRO LICENTIA

WARMIANVS ET CONRING,

APUD EPISTOLARIUM HERKALIVM.

SLVII.

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,

DE

TACITA PROHIBITIONE USUSFRUCTUS PATERNI,

Quam

DEO T. O. M. ADNUENTE

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DN. CAROLO,

PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRANDENBURGICO, CETERA,

IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA

PRÆSIDE

JACOBO FRIDERICO LUDOVICI,
JCTO, POTENTISS. REGIS BORUSS. CONSIL. AULICO

ET PROFESS. PUBL. ORDINARIO,

PRO LICENTIA,

Summos in utroque Jure Honores & Priuilegia Doctoralia
rite adipiscendi,

Ad d. Maij M DCCXVI. H. L. Q. C.

Placido eruditorum examini submittit

WARNERUS JUSTUS CONRING,

EMBD. FRIS. ORIENT.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.

DISSESTITIO LUDICU INVINCIBELIS

83

TATIATRONI
BITIONE RERUM
CIVIS PICTORI

CIVIS

RECTORIS MAGISTRICUS TITANIS
SOCIUS MUSICAURUS DEDICATOR

DN. CAROL.

TRICORNE FORTEA, TERRICORNE BRACHIA
HUC COLOQUO TANTO QUITA
IN MUSICA AESTHETICA TERRICORNE

RAEDEBE

INCODIC FREDERICO LUDOVICO
TCC. TOTENTISS RUGES SOROR. CORTILLERO
TA PROLOGA PIRAT. ORGANISTO

PRO LAETITIA

SPIRITUS HOMOPOLY. TITANIS DEDICATOR

RAEDEBE

MARINELLA HISTORIS CONKING

DAVID GOLIATH

HANNIBAL ALEXANDRUS

ULYSSES CHRISTIANUS RICCIUS VEN. LIBERTY



DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE
TACITA PROHIBITIONE
USUSFRUCTUS PATERNI.

CONTENTA TOTIUS DISSERTATIONIS.

Ususfructus quidem alias pars dominii, a proprietate tam
en separatus seruitus personalis est, §. I. unde
ille minus recte dominus utilis vocatur, qui solum usumfructum
habet, §. II. neque rem conficit, si in eo ususfructuarium
a domino utili differre dicamus, quod ususfructus ad certam
personam sit restrictus, dominium utile vero ad heredes trans-
eat, §. III. ususfructus paternus a lege constituitur. Origo
hujus ususfructus ex legibus Romanis, §. IV. Nobis in presenti
de prohibitione, illius ususfructus & quidem de ea, quæ ab
homine fit, sermo est, §. V. prohibitio hominis vel jure fit, vel
injuria, utraque explicatur, §. VI. porro prohibitio est vel ex-
pressa, vel tacita. Explicantur hi termini, §. VII. status con-
trouersiae: an prohibitio ususfructus paterni jure fiat, an inju-
ria? nec non: an prohibitio expressa semper requiratur, an
vero tacita etiam sufficiat, & unde illa colligatur? §. IX.
præmitti aliqua debent de prohibitione ususfructus paterni ex-

4 CONTENTA TOTIUS DISSERTATIONIS.

pressa, §. IX. lex interdum prohibitionem illam expressam permittit per modum exceptionis a regula, §. X. adducitur textus ex nouell. u7. c. i. qui de hac expressa prohibitione agit. Orta hinc est distinctione inter peculum aduentitium ordinarium, siue regularē, & extraordinarium, siue irregularē, §. XI. an prohibitio expressa quoad legitimam quoque valeat? §. XII. glossa affirms, quam nonnulli DD. sequuntur. Maxima quondam autoritas glossae, adeo, ut eam textui prætulerint, §. XIII. ratio glossae, §. XIV. in textu nou. u7. negativa habetur. Recensentur ipsa verba nouelle, §. XV. nos textum glossa præferimus, & hinc sententiam negatiuam affirmatiue. Autoritatem absolutam glossae non agnoscimus. Licet quoque a preceptoribus, qui patres scholarium a nonnullis dicuntur, dissentire, §. XVI. respondetur ad rationem a glossa adductam, §. XVII. responderetur similiter ad l. 25. C. de inoff. testam. ad quam glossa prouocabat, §. XXIX. quamvis parri ususfructus in bonis extra legitimam expresse admensus sit, et tamen, si inopia laborat, alimenta a liberis subministranda sunt, §. XIX. integer sensus nou. u7. c. i. authenticæ excipitur. C. de bon. que lib. non est insertus, §. XX. quæstio: an post prohibitionem ususfructus paterni patri adhuc competit administratio bonorum illorum aduentitorum, si forte filius aetatis defecit labore? negat Stephanus, §. XXI. dissentit ab eo Strykius & Carpzovius, §. XXII. medium sententiam fouet Johannes del Castillo, §. XXIII. nostra sententia, §. XXIV. formula prohibitionis expressæ iudeis consueta. Transiit ad prohibitionem tacitam, §. XXV. Paschalus, Andreolus, Berlichius, aliique nonnulli DD. tacitam prohibitionem dari existimant, §. XXVI. miseræ Berlichii rationes recenserunt, §. XXVII. & remouentur. Berlichius glossam crepat. Non est quæstio, quomodo nouell.

u7.

ut. c. 1. fuerit explicata, sed quomodo sit explicanda. In ultimis voluntatibus lata interpretatio non semper locum inuenit, §. XXIX. supposita nostra generalia circa questionem, an tacita prohibitio detur? §. XXIX. PRIMUS casus prætense prohibitionis tacite, quando testator filio curatores constituit, qui bona ejus administrare debent. Ratio prima ab Heigio hic adducta refellitur, §. XXX. nec non altera, qua uitur, a prohibitione quartæ falcidiæ tacita desumpta, §. XXXI. hoc argumentum a tacita prohibitione quartæ falcidiæ desumptum optime refutat Carpzonius, §. XXXII. alio tamen loco nihilominus opinionem Heigii sequitur. Observatio generalis de doctrinis Carpzonii male coherentibus, §. XXXIII. inseritur responsum hanc materiam illustrans, §. XXXIV. SECUNDUS casus putatiæ prohibitionis tacite, quando quis fratrem suum & simul fratri filios substituit, §. XXXV. rationes Baldi, quas elegantes & pulchras esse dicit Berlichius, §. XXXVI. ostenditur earum deformitas, §. XXXVII. Baldus ipse parum tribuit rationibus illis, §. XXXIX. in authenti, item hereditas C. de bon. que lib. plus habetur, quam in nouell. ug. c. 2. §. XXXIX. genuina ratio ex ipsis fontibus juris Romani, quare parentes non habeant usum fructum in eo casu, quando cum parentibus liberorum defunctorum fratres germani defunctorum simul succedunt. A casibus in legibus expressis ad alios diuersos non valet consequentia, §. XL. verba Strykii sententiam nostram confirmantis adducuntur, §. XLI. TERTIUS casus tacite prohibitionis ususfructus paterni in illis casibus, in quibus olim fideicommissum relictum a patre filio habebat in se tacitam conditio-
nem, cum erit sui juris. Casus obscure propositus, §. XLII. notatur Heigius, §. XLIII. textus in l. II. ff. de legat. I. ex qua hanc prohibitionis tacite speciem probare nituntur, §. XLIV.

A 3

ver-

6 CONTENTA TOTIUS DISSERTATIONIS.

verba finalia illius legis hic præcipue pertinent, §. XLV. refellitur succincte argumentum ex dicta lege de promptum, §. XLVI. genuinus sensus I. u. ff. de legat. i. ex principiis juris Romanii antiquioris exponitur, §. XLVII. dubium Duarenii dissentientis refutatur, §. XLIX. casus QUARTUS, si quis filium heredem instituit, patri autem legatum relinquit, quanuus tenuerit & non annuum, §. XLIX. fundamenta Andreoli, quibus hanc tacite prohibitionis species niti censet, §. L. que misera esse ostenditur, §. LI. Andreoli quoque asy-
lum est glossa. Destruitur illud asylum & respondeatur iterum ad auth. hereditas. C. de bon. que Hber. §. LII. dissentunt diuersi DD. ab Andreolo, quos ipse refert eorumque ar-
gumenta adducit, §. LIII. sed nihil solidi responderet. Asca-
nius Clementinus nostram sententiam defendit, §. LIV.
QUINTUS casus prohibitionis tacite ususfructus paterni,
quando filius heres institutus, ipse tamen alienatio bonorum
interdicta, vel quando bona integre & absque diminutione fi-
lio restitui jubentur. Hanc quoque species omni fundamen-
to destitui ostenditur, §. LV. & hic nobiscum quoque Andre-
olus consentit, cuius verba adducuntur, §. LVI. casus SEX-
TUS, quando testator filium alicujus instituit, addendo,
quod præter legata nemini quidquam dari debeat, §. LVII.
Vasquius recte statuit, quod hoc ipso ususfructus paternus pro-
hibitus non censeatur, §. LIX. que Vasqui sententia con-
tra Heigium & Berlichium defenditur, §. LIX. SEPTIMUS
casus, quando testator dispositi, quod bona in pupillorum, vel
liberiorum proprium, & non alterius usum, commodum & u-
tilitatem fideliter debeant collocari. Rejicitur & haec tacite
prohibitionis species atque notatur Berlichius, §. LX. OCTA-
VUS casus itidem nullum fundamentum habet, quando testa-
tor

tor testamento jubet, ut filio tantum soluatur, §. LXI. NONUS quoque casus ineptus est, quod patri ususfructus auferatur, quando ad secunda vota transit, §. LXII. DECIMUS & ultimus casus, quem adfert Cardinalis de Luca, si quis filium instituit libere. Respondetur Cardinali, §. LXIII. alia quoque ejus argumenta putativa refelluntur, §. LXIV & LXV. conclusio dissertationis: non dari tacitam prohibitionem ususfructus paterni ab homine factam, §. LXVI.

§. I.



Escriptio *ususfructus*, quod sit jus alienis rebus utendi fruendi salua earum substantia, vulgo nota est ex l. 1. ff. de *usufr.* Est quidem alias pars dominii, l. 4. ff. d. *tit.* quem usumfructum *causalem* barbare appellant, non vero essentialis, quoniam a dominio ad tempus separari potest, ita tamen, ut proprietarius nihilominus plenum dominium retineat. Ususfructus enim a proprietate separatus est seruitus personalis, seruitus vero competit in re aliena, prout ipsa descriptio adducta hoc ostendit, ex diuerso autem dominium est, quo res dicitur propria, v. Huber. *praelect. ad inst. de rer. divis. num. 13.* Optime Paulus in l. 25. ff. de V. S. recte dicimus, *eum fundum totum nostrum esse, etiam cum ususfructus alienus est: quia ususfructus non dominii pars, (scil. essentialis,) sed seruitutis sit: ut via & iter: nec falso dici, totum meum esse, cuius non potest ulla pars dici alterius esse: hoc & Julianus: & est verius.*

§. II.

§. II.

Facile exinde adparet, quid sentiendum sit de definitione dominii utilis, quam exhibet Hoppius *in exam. instit. ad tit. de rer. diuis. qu. 35.* scilicet dominium illud utile esse, quando quis *solum usumfructum* habet. Scilicet per vocem *solis* proprietas ejusque pars hic penitus excluditur, quæ tamen cujuscunque dominii pars essentialis est. Clarius mentem suam hac parte idem autor declarat in *comm. ad §. n. j. de rer. diuis. verb. dominium*, ubi dominium utile toties adesse dicit, quotiescumque quis facultatem percipiendi fructus liberam & ad certam personam non restrictam, *absque tamen proprietate* habet. Ergo dabitur dominium absque proprietate & horno absque anima rationali. Mirum! sed cum hæc fuse & euidenter jam refutauerit Dn. *Præses in colleg. jur. feud. disp. 6. th. 2. usque ad th. 17.* ea, quæ ibi dicta sunt, breuitatis amore hic repetere nolo.

§. III.

Unum saltem obseruo. Videtur, citatum auctorem *utile dominium & usumfructum*, quatenus hic est seruitus, in eo a se inuicem secernere voluisse, quod ususfructus, nempe seruitus, *ad certam personam sit restringitus*, non vero utile dominium. Fateor, est hæc aliqua differentia, sed tamen ab accidentali aliquo solum deponita, quæ neutiquam sufficiens esse potest. Quis dubitet, aliquem ad dies vita, vel etiam ad breuius tempus, dominium adquirere posse, quod propterea in speciem seruitutis non degeneraret. Antiquissimo tempore sic erat in dominorum potestate connexum, *ut quando vellent, possent auferre rem in feudum a se datum.*

Po-

Postea vero eo ventum est, *ut per annum tantum firmatam haberent.* Deinde statutum est, *ut usque ad vitam fidelis produceretur,* (sunt verba textus i. F. i. §. 1.) & nihilominus tamen vasallus utile dominium habebat, non seruitutem per modum ususfructus in sensu iuris Romani accepti. Ita in bonis majoratus dominium ad vitam majoris natu in familia restrictum est, sed propterea non amittit naturam dominii. Est quidem dominium restrictum; verum hoc pro synonymo ususfructus haberi nequit. Sæpe res aliqua cum pacto retrouenditionis ad fex, vel decem annos emitur, & emtor tamen dominus est, licet jus ipsius ad certos annos restrictum fuerit, v. B. Stryk. *us. mod. ff. d. ususfr. §. 4.* Alia plura adducere superedemus.

§. IV.

Modi, quibus ususfructus constituitur, vulgo etiam recensentur. Nos hoc unicum saltem obseruamus, usumfructum illum, de quo nobis in praesenti sermo est, a lege constitui. Origo hujus ususfructus in §. i. j. per quas person. *cuique adquir.* recensetur. Scilicet, & profectitia & aduentitia bona liberorum suorum quondam patri quoad ipsam proprietatem adquirebantur, & hinc parentibus licentia erat, alii filio, vel extraneo donare, vel vendere, quod per unum, vel unam eorum adquisitum esset, vel quoconque modo voluerant, adplicare. Justiniano autem hoc inhumanum videbatur, & hinc sanciuit, ut si quid filio ex re patris obueniat, hoc secundum antiquam obseruationem totum parenti adquiratur: quod autem *ex alia causa* sibi filiusfamilias adquisiuit, hujus usumfructum patri quidem adquirat,

B

domi-

dominium autem apud eum remaneat. Atque hac ratione se & liberis pepercisse & patribus honorem debitum reseruasse censet imperator, confer. omnino 1.6. C. de bon. que liber. Ususfructus itaque patri in bonis liberorum aduentitiis a lege constitutus est.

§. V.

Nos ex diuerso in presenti dissertatione de *prohibitione* hujus ususfructus paterni agemus, & quidem de tali prohibitione, quae ab homine fit. Quemadmodum vero jubere & præcipere significat, alteri inuito aliquid faciendum injungere, quod secus in contractu mandati: ita contra prohibere nihil aliud est, quam facti aliquis intermissionem alteri inuito injungere & hac ratione facultatem agendi ipsius restringere.

§. VI.

Prohibitio alia *jure* fit, alia autem *injuria*. *Jure* fit prohibitio, quam leges permittunt. Ita, si seruitus lumen alicui constituta est, vicinus prohiberi potest, ne quid faciat ad luminis impedimentum, l. 15. ff. de seru. pred. urban. Ea vero *injuria* fieri dicitur, quæ non jure fit, sed contra legum dispositionem. Ita uti-frui prohibuisse is videtur, qui vi dejicit utentem & frumentum: aut non admisit, cum ex fundo existet non ususfructus deserendi caula, l. 3. §. 14. ff. de vi & vi armat. ædificare prohibitibus intelligitur quolibet prohibentis actu: id est, vel dicentis, se prohibere, vel manum opponentis, lapillumue jactantis prohibendi gratia, l. 20. §. 1. ff. quod vi aut clam.

§. VII.

Porro prohibitio est vel *expressa*, vel *tacita*. *Expressa*

pressa vocatur, quæ fit verbis, sive ore prolati, sive etiam scripto comprehensis. Hinc expresse idem est, ac diserte & nominatim. *Tacita* est, quæ ex facto aliquo colligitur. Ita tacitum in aliis quoque materiis accipitur. Sic si debitori meo reddiderim cautionem, tacitum pactum adest, & videtur inter nos conuenisse, ne peterem, l. 2. §. 1. ff. de pass. alia exempla passim occurunt. Observia interim, tacitum aliquando & illud dici, quod immediate ex legis dispositione prouenit absque facto hominis accedente, uti ex tit. ff. in quibus causis pignus, vel hypotheca, tacere contrahitur, adparet, verum ille significatus non est hujus loci.

§. IX.

Adplicabimus jam ea, quæ diximus. Quæritur: *an prohibitio ususfructus paterni jure fiat, an injury? & porro: an prohibitio expressa semper requiratur, an vero tacita etiam sufficiat, & unde illa colligatur?* in hisce statutus controuersiæ consistit, & circa enodationem harum quæstionum in integra hac disputatione occupabimur.

§. IX.

Equidem rubrica dissertationis de prohibitione *tacita* solummodo concepta est, & hinc videri posset, de expressa nullo modo agendum esse; sed facilis est responsio. Opposita juxta se posita magis elucescunt. Et quoniam porro & in hoc statutus controuersiæ consistit: *an scilicet, si licita est prohibitio expressa, ab illa expressa ad tacitam prohibitionem valide argumentari possimus?* necesse utique est, ut nonnulla de expressa illa prohibitione præmitrantur. Præmittemus ergo aliqua, sed breves simul erimus.

B. 2

§. X.

§. X.

Videri poterat ab initio, prohibitionem expressam non jure, sed injuria potius fieri, diximus enim supra §. IV. usumfructum patri in bonis aduentitiis constitui ab ipsa lege, in §. V. autem, prohibitionem ususfructus paterni mediante hominū factō fieri. Homines vero non possunt auferre, quæ a lege conceduntur. Concedimus hoc, addita tamen limitatione, nisi lex factum hominis adprobet. Ergo, instas, lex contraria disponit: mox patri usumfructum in bonis liberorum aduentitiis concedit, mox vero priuatis prohibitionem hujus ususfructus indulget; imo non contraria disponit, sed lex modo regulam tradit, modo exceptionem. Regula est, quod pater usumfructum in bonis liberorum aduentitiis habeat; exceptio autem est, quod hic ususfructus interdum prohiberi queat. Haec non sunt contraria, sed subordinata, quia nulla regula in jure tam firma est, quæ non patiatur exceptionem. Lepide Paulus in l. i. in f. ff. de R. I. regula, simul cum in aliquo viatiata est, perdit officium suum.

§. XI.

Quæramus ergo jam textum juris, qui prohibitionem expressam ususfructus paterni in bonis aduentitiis liberorum adprobat. Extat ille in nou. u7. c. i. ubi dicitur, licere aliquid relinquere liberis, sub hac definitione atque conditione si voluerint, ut pater, aut qui omnino eos (liberos) habent in potestate, in his rebus neque usumfructum, neque quodlibet penitus habeant participium. Sermo hic est de participio. Ignosce lector vulgatae. Haloander ita vertit: ut pater, aut omnino, qui eos in potestate

testate habet, nullum in hisce rebus usumfructum, aut quamlibet prorsus communionem obtineat. Ejusmodi peculium aduentitium, cuius pater usumfructum non habet, DD. extraordinarium, vel etiam irregularē appellare consueuerunt.

§. XII.

Orta hic est controversia: utrum prohibito ususfructus paterni quoque quoad legitimam valeat? rationes affirmantium, Berlichii, Strauchi, Paschalis, ceterorum, jam excerptis B. Strykius *af. mod. ff. de usfr. §. 10.* Summa argumentorum eo redit, quod omnis dispositio circa legitimam subsistat, per quam non grauatur liberi, filius vero propter prohibitionem ususfructus paterni grauamen non sustineat, sed commodum potius, si legitimam pleno jure percipiat.

§. XIII.

Glossa quoque idem statuit citante eam Strykio, & Berlichius *p. 1. decis. 137.* hanc quam textum sequi maluit, add. Philipp. Paschalis *de virib. patr. potest. p. 1. c. 3. n. 38.* Quis enim prudentior glossa esse vellet. Adpono locum Raphaelis Fulgosii *ad l. solutum. 6. C. de oblig. & act.* (quem habet Helfric. Ulric. Hunnius *de interpret.* & autor. *jur. c. 10.*) in iudicando, inquit Fulgosius, temerarium esset adtentare istud, quia communis glossæ & doctorum sententia est, quod transeunt sine cessione, & nostris, quanto sit autoritas glossarum? nomine heri dixit Cymus, glossam timendum esse propter prescriptam idolatriam per aduocatos, significans, quod sicut antiqui idola adorabant pro diis ita aduocati adorant glossatores pro euangelistis. Volo enim potius pro me glossatores, quam textum. Nam si adlego tex-

VXQ

B3

tum,

tum, dicunt adiutati diuersæ partis & etiam judices, credis tu, quod glossa non ita viderit illum textum, sicut tu? Ego, addit, recordor. (Et si istud pro novo) quod dum essem scholæ, etiam satis acutus, & dum semel essemus multi socii in una collatione, ausus fui unum textum allegare contra sententiam doctoris mei, tantam audaciam habui! dixit unus socius, tu loqueris contra glossam, quæ dicit sic: & ego respondi, etiæ glossa dicit sic, ego dico sic, ignarus autoritatis glossatorum: credebam enim, quod essent communes apostille, sicut super Virgilio & Ouidio: sed tamen non ita est: fuerunt enim glossatrices maxime scientie viri & autoritatis: & se alii non esset, quam glossarum ordinatio, & de quibus potest dici, quod arbitror, de nullo dici posse, videlicet quod totum corpus juris viderint. Magis ergo standum est iis, qui viderunt, quam nobis, qui non vidiimus. Eodem modo fere ratiocinatur Berlichius d. p. i. dec. 137. n. 15. seqq.

§. XIV.

Euolui glossam ipsam ad cœ. nou. II. c. 1. & deprehendi, rationem paulo ante in §. XII. recensitam in glossa extare. Sed nunquid, querit glossa, etiam in naturali debito hanc conditionem adficere potest, ut patri non queratur? resp. sic, cum in hoc filius non grauitur, immo ejus conditio melior efficiatur. Citat glossa quoque l. filiis matrem. 25. C. de inoff. testam, in qua habetur, matrem, quæ de mariti moribus suspicatur, ita posse consulere, ut filios sub hac conditione instituat heredes, si a patre emancipari fuerint. Additur, patri nomine filiorum in officiis actionem eo modo competere non posse, quippe quibus nullam injuriam fecerit mater, sed potius prouidendum putauerit.

§. XV.

§. XV.

Vidimus glossam, audiamus nunc quoque textum. Ipsa rubrica nou. 117. ita sonat: *ut liceat matri & aviæ, & aliis parentibus, post legitimam partem liberis derelictam, quomodo voluerint residuum facultatem suam disponere.* Dicis forsan, rubricas nouellarum pro jure non esse habendas, ita ut ex iis controueriat decidiri possint, quoniam priuata autoritate confectæ, secus ac rubricæ ff. & C. Gentil. de libr. jur. ciu. c. 5. in f. Stephani in proœm. comment. ad nouell. num. 26. adponam verba ipsius textus. Sancimus igitur, licentiam esse & matri & aviæ, aliisque parentibus, postquam reliquerint filiis partem, quæ lege debetur, quod reliquum est sue substantiæ, sue in solidum voluerint, sue in partem, filio vel filiæ, nepoti vel nepi, & deinceps descendantibus donare, aut etiam per ultimam relinquere voluntatem, sub hac definitione atque conditione, si voluerint, ut pater, aut qui omnino eos habent in potestate, in his rebus neque usumfructum, neque quodlibet penitus habeant participium. Hic verba textus: *postquam reliquerint filiis partem, quæ lege debetur, quod reliquum est---satis clara esse videntur, quod legitimæ ususfructus prohiberi nequeat.* Subjicitur quoque in textu ratio, quoniam illa, quæ ultra legitimam sunt, cuius extraneo relinquunt, & hinc patri nulla infertur injuria, si hæc pleno jure capiat filius. Hanc sententiam post alios plurimos defendunt Stephani ad d. nou. 117. num. 3. Brunnen. in comment. ad auctb. excipitur. C. de bon. que liber. n. 6. Stryk. us. mod. ff. de usfr. §. 10. ubi eam quoque in praxi sequendam esse monet.

§. XVI.

§. XVI.

Nos itaque textum præferimus glossæ. Fuerunt, inquit Hunnius *de interpret. & autor. iur. d.c. io.* glossatores, & quorum circumferuntur communes opiniones, viri eximia eruditione conspicui (scilicet pro ratione & indele eorum temporum, quibus vixerunt,) omnique veneratione digni, ut qui obscura quam plurima nobis perspicua & peruvia reddiderunt; sed tamen fuerunt & homines errori & lapsu subjecti, ac proinde non ita adserendi, ut opiniones illorum rationi & juri præferantur. Sed tales quandam vigebant mores, ut contra præceptum, quod parentes venerari jubet, peccasse videretur, qui a præceptore suo dissentiebat, præceptor enim *pater scholiarium* dicebatur & *discipulus filius*, & *præceptor maiorem honorem* deberi adserebant, *quam patri naturali*, Ascanius Clementinus *de pair. potest. c. 6. effect. 3. num. 12.*

§. XVII.

Ad rationem glossæ supra §. xii & xiv. adductam facili negotio responderi potest. Verum est, filium prohibitione ususfructus paterni quoad legitimam non grauari; sed grauatur tamen eo ipso filii pater. Non vero solum filius intuitu proprietatis legitimæ jus quæsitum habet, sed eodem quoque modo pater intuitu ususfructus legitimæ, quāndiu filius sub ejus patria potestate existit. Nemini vero jus futum est detrahendum, neque quod in unius fauorem introducitur in alterius odium detorqueri debet. Lex cuique suum tribuit. Dicis: filio prohibitio ususfructus est fauorabilis, ergo amplianda; regero: patri prohibitio ususfructus odiosa, ergo restrin-genda.

§. XIX.

§. XIII.

Sed quomodo respondebimus ad l. 25. C. de inoff. testam. ad quam glossa prouocabat, v. supra §. xiv. Responsum primo, & illam legem de bonis, quæ ultra legitimam sunt, intelligi posse, quo inclinat B. Brunnemannus in comm. ad d. l. quando dicit: *sed hæc omnia intelligenda sunt cum grano salis, nisi illud onus in prejudicium forte patris tendat.* Præjudicium patris vero extra dubium adest, quando ususfructus legitimæ sive directo, sive per indirectum ipsi admittitur. Posito autem, eam limitationem locum habere non posse; responderi tamen possit, in d. l. casum specialem proponi, *ubi scilicet mater de mariti moribibus suspicabatur.* Ab hoc casu autem ad casus diuersos non valet consequentia.

§. XIX.

In eo consentire video DD. quos mihi euoluere licuit, quod scilicet eo casu, quando patri ususfructus in bonis ultra legitimam per prohibitionem testatoris admittus, illi patri nihilominus alimenta ex bonis filii debeantur, quando nempe pater eget & inops est, atque ex fructibus ipsius legitimæ tantum non consequitur, quantum ad necessaria vitæ subsidia requiritur, Stephani *ad d. nou. n. 7. n. 2. Heigius p. 2. qu. 12. num. 16.* liberi enim parentes inopes ex lege gratitudinis alere obstringuntur, l. 5. §. 13 & 15. ff. *de agnosc. & alend. lib.*

§. XX.

Obseruamus adhuc, jnerium, aut quisquis demum authenticarum codici repetitæ prælectionis insertarum auctor sit, integrum sensum nou. n. 7. c. 1. authenticæ excipitur. C. de bon. quæ lib. non inseruisse. Scilicet in nou. n. 7. c. 1. non

C

so-

solum de parentibus usumfructum prohibitibus agitur, sed in fine d. c. i. expresse subjicitur: *hoc itaque non solum parentibus, sed etiam omni personæ licere præcipimus.* In cit. auth. autem ita solummodo habetur: *excipitur, quod eis (liberis) datur, vel relinquitur ab aliquo parentum, conditione hac adjecta, ne ad patrem perueniat ususfructus.* Interim de extraneis personis res expedita est, quod usumfructum paternum prohibere possint in uniuersum, quoniam eorum intuitu nulla legitima datur.

§. XXI.

Quæritur adhuc: *an post prohibitionem ususfructus paterni patri adhuc competit administratio bonorum illorum aduentiorum,* (scilicet absque jure ususfructus,) *si forte filius etatis defectu labore?* adfunt & hic diuersæ DD. opiniones. Stephani *ad nou. n. 7. num. 4.* negat, patri administrationem competere. Quamuis, inquit, alias pater soleat esse legitimus administrator bonorum aduentiorum filiifamilias, hoc casu tamen idem non obtinet propter expressam contrariam voluntatem vel testatoris, vel donatoris. Nam cum is voluerit patrem exclusum ab usufructu earum rerum, utique etiam ab earundem administratione eum voluit remotum: idque absque dubio ideo, quod pater prodigus, vel inimicus testatori, vel donatori fuerit, vel alia ratione ejusmodi conditioni adiiciendæ occasionem præbuerit. Erit itaque administratio aut penes ipsum filium familias, si is perfectæ etatis sit, aut penes matrem & auiam, quibus gubernationem (est filius Stephani,) commiserit testator, vel donator, -- aut penes alium, quem testator, vel donator, voluerit esse administratorem; aut

aut denique, si testator, vel donator neminem constituerit curatorem, seu gubernatorem, vel etiam, si forte constitutus quispiam ab eo, noluerit administrare, vel mortuus fuerit; tum judex competens idoneum aliquem curatorem ordinabit cum legitima fidejussione, siue satisfactione, & is erit curator, donec filiusfamilias ad perfectam ætatem peruererit. Hactenus Stephani.

§. XXII.

Dissentit ab eo B. Strykius *us. mod. ff. de usufr. §. u.* qui hac ratione procedit. Imperatorem hoc constituuisse dicit, quod testatori, vel donatori in casu prohibiti ususfructus paterni administratorem constituere liceat, & quod hac constitutione deficiente judici potestas curatorem constituendi deferatur. Hoc vero in controversia remanere addit, annon huic curatori judiciali in administratione præferendus sit pater? respondet, nihil quidem de eo dispossuisse Justinianum, qui facile præuidit, patrem ademto sibi usufructu onus administrationis sponte declinaturum. Interim, pergit, si pater administrare velit, hunc admittendum esse puto, cum sufficiat, quod a lege remotus non sit. Nec priuatio ususfructus continet priuationem administrationis, per *I. fin. C. de curat. furios. juncta I. fin. §. i. C. de bon. que liber.* aliud esset, si patri administrationem quoque ademisset testator, quod quin facere possit vi liberæ dispositionis de re sua, ob *I. 21. C. mandat.* dubitandum non est. Eandem sententiam fouet Carpzou. *p. 2. c. 10. def. u.* ibique plures alii citati.

§. XXIII.

Mediam inter has sententiam fouet Joh. del Castillo *de usufruct. c. 3. num. 3.* qui distinguit hoc modo: si, inquit,

C 2

in

in utilitatem filii tantum a testatore, vel donatore, admittus est ususfructus, non simul quoque administratio admitta esse censetur. Quodsi vero prohibitio ususfructus ob sinistram suspicionem facta: exinde quoque admittio solius & mere administrationis sine ususfructu inferri poterit. Hoc temperamentum non displicet Brun-

nemanno in comm. ad auct. excipitur. C. de bon. que liber.

§. XXIV.

Cuinam sententia nos iam accedemus? si dicendum, quod res est, prima in §. xxi. recensita, quam Stephani fouebat, nobis verbis nou. 17. c. i. §. i. maxime congruere videtur, quod nempe facta prohibitione ususfructus paterni expressa simul quoque administratio patri admitta esse censetur. Sollicite enim disponit imperator, quisnam administrare debeat, nulla patris mentione injecta, quo ipso pater per necessariam consequentiā ab administratione remotus fuit. Adponemus ipsa textus verba: *res autem ita relietas, sive donatas, positis sub potestate personis, si quidem perfectae sint etatis, licet sub potestate sint, licentiam habeant, quo volunt modo disponere. Si vero etate minores sint: per quem perspexerit testator, aut donator, haec gubernentur, donec illi, quibus donata sunt, aut relicta, ad perfectam etatem veniant: licentiam habente testatore, vel donatore, & matri & avie horum, quibus res collatae sunt, ipsarum rerum si voluerint gubernationem committere, licet maritis juncte sint memoratae mulieres: ita tamen, si & ipse hujusmodi gubernationem suscipere voluerint. Si vero forsitan, qui relinquit, aut donat, nullum his dispensatorem ordinauerit, aut ab eo datus hujusmodi gubernationem subire noluerit, aut non potuerit, aut moriatur, antequam illa per-*

perfecte fiant etatis, tunc jubemus, judicem competentem curatorem fidem dignum cum legitima fiduciione rebus talibus ordinare, qui debeat reliquam talibus personis substantiam gubernare atque custodire, donec illi ad perfectam (sicut dictum est) etatem perueniant. In illis enim casibus legem, quae usum parentibus praebet, volumus custodiri, quibus non ineſt ſpecialiter hujusmodi conditio. Hæc lex de singulis caſibus diſponit, patrem tamen nullo caſu ad administrationem vocat. Pertinent hæc, ut vides, ad eum caſum, quando prohibitoius uſusfructus paterni expreſſa adeſt. Aliud ergo dicendum, quando illa deficit, ubi quamuis pater ab initio curatorem conſtituerit, illo tamen deinde mortuo, patri nihilominus administratione relinquenda, quod fuſius deduxit Dn. Praeses in ſequenti responſo de a. 1715. mens. Mayo. Hat H. L. ſub dato den 9ten Octobr. 1713. ein gerichtliches Testameſt aufgerichtet und darinnen ſeine Endelin von ſeiner Damahlen bereits verſtorbenen Tochter D. E. S. zur Erbin ſeines vermögens eingefetzt, zugleich aber D. L. zum Vormunde der Erbin conſtituitet, es hat auch dieser D. L. ſolche Vormundſchafft angetreten und verwaltet, nachdem er aber vor einiger Zeit mit tode abgegangen, will der instituirten Erbin Vater, E. S. die administration derer ſeiner Tochter aus des Großvaters Testameſt zugehenden Güther übernehmen, es haben ſich aber dagegen M. T. H. L. und P. H. opponiret, und verneinen, das dem Vater die administration der Güther nicht überlaſſen werden könne, ſondern aus der Zahl derer nächſten Bluts-Freunde und Anverwandten ein neuer Vormund geſetzt werden müſſe.

C 3

Ob

Ob nun woll zu behauptung dieser Meinung angeführt wird, das nach etlicher Rechts-Lehrer Meinung nach Absterben des tutoris testamentarii nicht die tutela legitima, sondern datus stat finde, überdem es allhie nicht so woll auf Bestellung eines eigentlichen so genannten tutoris, als vielmehr auf die Anvertrauung der Verwaltung des Grossväterlichen hinterlassenen Vermögens ankomme, angemerkt die unmündige D. E. S. annoch in Väterlicher Gewalt sich befindet, mit welcher die tutel zugleich nicht bestehen könne, wie dann ferner die deutliche Worte der von H. L. hinterlassenen Verordnung, verb. ~~etiam ad testam.~~ Zur administration ihrer erbschaft, ~~etiam ad testam.~~ nom zu tage legeten, daß der testator mehr auff die administration des Vermögens, als Bevormundung der Person die Absicht gehabt habe, welche Behutsamkeit die Rechte einem jeden, welcher dem unmündigen etwas im Testamente verschaffet, insonderheit aber denen Groß-Eltern zugelassen und an die Hand gegeben; Dennoch aber und dieweil (1) in den rechten ganz klar und deutlich versehen, quod eo casu, si tutor testamento datus deceperit, tutela ad legitimum tutorum redeat,

I. n. §. 3. ff. de testam. tutel. welche dispositionem juris Die singularis opinio einiger Rechts-Lehrer nicht infringiren kan, sondern es bey der regel bleiben muß, welche denen Gesetzen gemäß ist, scilicet legitimum supereruentem daturum excludere,

Mon. 6

Montan. de tutel. c. 16. num. 1. seqq. d. 4. u. pr. §. 1. 2. & 4. ff. de testam. tut. i. Montan. cit. c. 16. num. 23. & 24.

wie dann (2) diejenige Fälle, da der tutor datius dem legitimo vorzuziehen in denen Rechten abermahls specifice ausgedrücket zu finden, nempe, si tutor sub conditione, vel ex die in testamento constitutus, item, si tutor testamentarius se se excusauerit, vel remotus fuerit, vel unus ex pluribus testamentariis deceperit,

d. 4. u. pr. §. 1. 2. & 4. ff. de testam. tut. i. Montan. cit. c. 16. num. 23. & 24.

Brunnem. ad. d. 4. n. ff. de testam. tut.

hingegen (3) von solchen casibus sich kein einiger allhier appliciren lässt, cum hic unus saltem tutor testamentarius adfuerit, isque deceperit, und folglich der legitimus dem datiuo vorgezogen wird, (4) der Einwurf, daß es allhier nicht so woll auf die Bestellung eines eigentlichen so genandten tutoris, sondern vielmehr auff die verwaltung des Gross-Väterlichen Vermögens ankomme, ingleichen daß die unmündige D. E. S. annoch unter ihres Vaters Gewalt sey, dem Vater E. S. gar nicht hinderlich ist, sondern vielmehr vor ihn militaret, angemerkt es dahero, und weil die unmündige annoch unter Väterlicher Gewalt ist, bey denjenigen regel, welche M. E. und consorten sub dato den 19ten Febr. an. curr. in ihrer ersten imploration angeführt haben, verbleiben müß, quod cessante dispositione hominis ad dispositionem legis sit recurrentum, das ist, daß nachdem der constituirte Vormund, D. L. mit code abgangen, die unmündige S. weder intuitu ihrer Person, noch in Anschein der administration der überkommenen Erbschafft eines tutoris,

toris, oder curatoris bedürffe, sondern der Vater vi
patriæ potestatis die administration übernehmen kön-
ne, und also von der tutel, oder curate, zu disputiren
unnötig und überflüssig, pater enim administrationem
bonorum aduentiorum habet,
autem l. fin. §. 3. C. de bon. quæ liber.
oder auch, wann man es ja eine Vormundschafft nen-
nen wolte, der Vater nichts destoweniger als legit-
imus einem dativo vorgezogen werden müsse, inthin
es auff die Frage: ob die tutel mit der Väterlichen Ge-
walt zugleich bestehen könne? gar nicht ankommet,
sondern auff dasjenige, was hiervon in rationibus du-
bitandi ex mente aduersariorum angeführt worden,
sich der locus

Brunnem. *ad d. l. n. num. 3.*
gar woll adpliciren läset, quod hic vestigia nimis
scrupulositatis & subtilitatis deprehendantur; So er-
scheinet daraus allenenthalben so viel, daß der Vater E.
S. vor allen anderen Anverwandten und substitui-
erten Erben zur administration der unmündigen Groß-
Väterlichen Erbschafft denen rechten nach zuzulassen.

§. XXV.

Antequam ulterius progrediamur, lubet hic subii-
cere formulam prohibitionis expressæ, qua Iudei uti
solent, ubi etiam expressa administrationis prohibitio
conjuncta deprehenditur. Formula sequens ab amico
nobis communicata fuit: Und ausdrücklich habe ich
obgedachte Gabe mein des in Ruhe liegenden Sohns
R. N. H. C. vorgedachten Enckeln, auff vollkommliche
und unserer Rabbinen Verordnung gemäß, auff recht-
mäß-

mässige conditions-weise die obgedachte Gabe gegeben,
auff solche Bedinge, daß ihr Vater R. S. C. und alle die
von seinem geschlechte weder von der Seite seines
Vaters, oder von Seiten seiner Mutter herühren, keine
Macht, oder einigen Zuspruch, oder Genusß, es wäre, was
es nur möchte, haben an gedachter Gabe, es würde
durch Erbschafft, oder das Vormündische Recht,
auch nicht procuriren, oder Vormund zu seyn, es wä-
re am capital, oder an denen Früchten, es möchte seyn
ben seiner Frauen und Kinder lebzeit, oder nach ihrem
tode, Gott bewahre, und sollen sie keine Gewaltigung
und Genusß, Zuspruch, oder Forderung auff der Welt
an gedachter Gabe haben, weder auff alles, oder nur
etwas davon, weder am capital, noch an den Früch-
ten. Die Vormündere meines gedachten Sohns En-
keln sollen derer Kinder ihre Groß-Mutter, darbey
auch mein Schwieger Sohn, die hohe Rabbinen seyn,
diese sollen bemächtigt seyn zu thun gleich nach Rab-
binischer Verordnung andere Vormündere thun mö-
gen. Es soll ihnen auch darbey frey stehen, weiter
Vormündere nach ihrem Gutdünken zu sezen und sie
bevollmächtigen auf meines jetztgemelten Sohns En-
keln, das thyrige auf die beste Weise achtung zu haben.
Solte sich aber zutragen, das vorgedachter R.S. oder
dessen vollmächtiger sich gegen dieses obige alles, oder
gegen ein Theil davon, es wäre auffs capital, oder auff
die Früchte, dispuiren wolte und wann es auch nur
um ein kleines pünktlein, der kleinen littern Jod zu än-
dern, was diese obgedachte Gabe berühret, so sollen die
andern aus meinen Lenden gebohrne befohlner massen

D 2 D

schul-

schuldig seyn, gerichtlich entgegen zu sezen, und die darauff lauffende ordinair und extraordinair Kosten, so weit es auch reichen mag, es mag sehn was es will, vor jüdischen oder vor weltlichen Richtern, um zu erhalten, näd zu bekräftigen, alle specialien wegen obgedachten Gaben, das nichts davon geschwächt wird, oder zurück bleiben mag, mögen sie alle obgedachte Kosten von dem dritten Theil, welches meines in Nähe liegenden Sohns R. N. H. C. sel. Euckel gehörig, nehmen. Adcingamus nos jam ad id, quod caput principale dissertationis nostræ constituit, nempe ad prohibitionem tacitam. Duæ vero hic sese nobis offerunt quæstiones. Prima est: *an detur tacita prohibitio usus fructus paterni?* quam deinde altera excipit: *quibus casibus tacita prohibitio adesse censeatur?*

§. XXVI.

Quod primam quæstiōnēm adtinet, Philippus Pascalis de virib. parr. potest. p. 1. c. 3. num. 38. eām adfirmat. Ad quod, inquit, sufficit etiam tacita prohibitio, que ex conjecturata mente testatoris elici potest, ut ex communi DD. sententia &c. plura non addit. Hanc adfirmatiuam quoque pro certa supponit Ioh. Franc. Andreolus controverf. 224. Ioh. Baptista, Cardinalis de Luca, in theatr. verit. & justit. tract. de seruit. discurs. 60. seqq. atque, ut alios taceamus, eandem pluribus deducere voluit Berlichius p. 1. decis. 135. Unum si noris, omnes cognoueris. Prodeat ergo in arenam Berlichius numeroſo ſatellitio Japonis, Ripæ, Pauli de Castro, Boërii, ceterorum, stipatus. Videamus, quid valeant humeri, quid ferre refuſent.

§. XXVII.

§. XXVII.

Ita vero noster Berlichius num. 4. seqq. *Quod raci-*
ta, inquit, & presumptua prohibito, ususfructus pater-
ni sufficiat, vult glossa. Ergo glossa hic iterum idem
 valet, ac quando mathematici dicunt: *quod erat demon-*
strandum. An jam aliquis vult esse prudentior glossa?
 Pergit Berlichius num. 5. quia *minus prior opinio* (quod ex-
 pressa & speciali prohibitione opus sit.) *fundamentis ju-*
ris conformior videatur, per *textum in nouell. 17. c. i. ubi ad*
hoc, quod pari ususfructus adimitur, hec forma prescribi-
tur, ut quid sub hac definitione atque conditione donetur, vel
legetur, ut pater in rebus donatis, vel legatis, vel relictis, ne-
que usumfructum, neque quodlibet penitus habeat participi-
um, quae verba (contra Boerium) non sunt enunciata, sed dispositiva, & forma a lege prescripta specifice est adim-
plenda; his tamen dubiis non adtentis opinionem, quod tacita prohibito sufficiat, nihilominus defendantiam existimat Berlichius. Cape rationes aureas ex decisionibus ipsis aureis. Ratio prima est num. 8. quoniam hec opinio est communiter recepta & textus in nou. 17. c. i. ita explicatus, ut etiam de tacita & conjecturata admitione accipiatur. Communiter autem quae placuerunt & certam interpretationem semper habuerunt, sunt obseruanda & minime mutanda. Ratio secunda num. 9. 10. 11. 12. quia hec opinio non solum in his terris a Scabinis Lipsiensibus & ICis Wittebergenibus, sed etiam in exteriis regionibus in curia Bardegalense in praxi servata. Ratio tercia denique num.
 13. quia specialiter & illud expressum dicitur, quod aliter in dispositione non potest intelligi, nec aliam habet commoditatem & effectum, & in ultimis voluntatibus lata interpretatio fieri debet.

D 2

§. XXIX.

§. XXIX.

Nihil aliud hic iterum audio, quam æquipollens illius, de quo supra diximus: an tu vis esse prudentior glossa? forsan ita in praxi seruatum fuit in nonnullis iudiciis, uti Berlichius testatur; verum nos in præsenti non quærimus, quid Romæ fiat, sed quid fieri debeat, non quomodo *nou. n^o 7. c. 1.* explicata fuerit, sed quomodo sit explicanda. Communiter mala placuerunt hominibus, quis vero exinde inferre vellet, quod ea minime mutari debeant. Interpretatio per modum præscriptionis non introducitur. Annon vero illa, quæ DD. de prohibitione tacita adferunt, aliter in dispositione non possint intelligi, nec aliam habeant commoditatem & effectum: de eo deinde in casibus specialibus videbimus. Tamquam regula vero tale quid non potest supponi, quia petit id, quod in principio est. Nec etiam illud uniuersaliter conceditur, quod in ultimis voluntatibus lata interpretatio semper fieri debeat. Certe, si alicui & heredibus ususfructus legatus, restringitur dispositio & heredes primi gradus solum intelliguntur, *I. 14. C. de ususfruct. annua legata ad heredes plane non transmittuntur, si hoc expresse non dictum, I. 4. ff. de annuis legat. ut alia taceamus.*

§. XXIX.

Nos in hac materia ex probatorum DD. consensu pro certo supponimus: *I. in iis, quæ nocent, sive, quæ in prejudicium alicujus vergunt, minus valent tacita, quam expressa, Gothofred. ad I. 24. pr. ff. solut. matrim. II. tacita prohibitio vel ex lege clara probari debet, vel ex facto, quod prohibitionem necessario involuit, conf. supra §. VII. & er-*

XXXII

D

go

go III. si factum aliquod dubium est, alter ab usui juris communis exclusus esse non censetur. IV. in verbis & factis dubiis id presertur, quod est benignius, illustr. Coccejus de eo, quod just. est in dub. sect. 3. §. 4. sine dubio autem benignius illud est, quod alteri fruitionem juris communis relinquit.

§. XXX. Discimus nunc de casibus specialibus in quibus tacitam prohibitionem adesse prætendunt. Primus est, paternum usufructum facite prohibitum censeri, quando mater, aia, aius maternus, & in genere testator filio curatores constituit, qui bona ejus administrare debent, Berlich. d.p. 1. decif. 136. num. n. Heigius p. 2. qu. 12. num. 10. Ratio, qua Heigius n. n. utitur, haec est, per modum interrogationis concepta: quomodo enim usumfructum habere potest, cui administratio rerum, ex quibus usufructus debetur, interdicitur? imo ego per modum adassertionis: pater nihilominus potest habere usumfructum, quamvis ipsi administratio rerum, ex quibus usufructus debetur, interdicatur. Res evidens est. Usufructarius tenetur ad cautionem usufructuariam præstandam. Quod si nec fidejussionibus, nec pignoribus satisdare potest, nec etiam, quia suspecta fidei est, ad juratorialem cautionem admittitur: res usufructaria sequestratur, id est, administratio rei, ex qua usufructus debetur, usufructario interdicitur, v. Gail. 2. obs. 47. num. 10. nemmo autem, nisi stolidus sit, exinde inferre poterit, quod usufructarius ipsum jus usufructus amittat. Atque hæc ad dictam Heigii rationem regessisse sufficiet. Prævidit hanc responsonem Heigius num. 16. quid vero re-

D 3

spon-

spondet? sed his, inquit, repugnant Ripa & Riminaldus.
Haec ipsi sufficiunt.

Sed suppetit Heigio. 3 &c. alia ratio eaque generalis quoad omnes causis pretensis prohibitions tacite. Tali, inquit, prohibitio conjecturata sufficit, ex quafalcidie detractio non semper per verba expressa fieri debet, sed per aequipollentia quoque fieri potest, ergo &c. Quid nos jam falsum est prius, quod falcidie detractio per aequipollens tacite fieri queat, ergo & posterius.

¶. XXXII.
Si uberiorem responctionem desiderat Heigius: eam Carpzouius p. 3. v. 1. def. 13. num. 6. seqq. ipsi suppeditabit. Quod tamen, inquit, de expressa prohibitione sola accipi velim, siquidem tacita prohibitio (puta si testator heredem integra legata praestare iusterit,) neutiquam sufficit propter verba manifesta imp. si vero expressum designauerit, in dict. cap. 2. nouell. 1. ubi Bartol. Matth. Welenbec. in parat. ff. ad leg. num. 8. Jacob Menoch. lib. 1. præsumpt. 45. num. 15. Vaud. lib. 2. quest. 17. Ioh. Harppr. dict. loc. num. 20. ubi plures allegat. Quamvis dissentiant Matth. Berlich. plur. 3. concl. 1. num. 72. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 1. quest. 48. num. 13. Iul. Clar. lib. 3. sentent. §. testam. quest. 62. num. 4. Nicol. Boer. decisi. 44. num. 33 & decisi. 193. num. 1. Rittersh. ad nouell. part. 6. cap. 5. num. 11. 12. quos in pronunciando secuta est Facultas juridica Lipsiensis nach Hauc, mens. Jul. anno 1620. Ajunt nemppe, id quoque dici expressum, quod ex verbis aequipollentibus colligi potest. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1389. num. 4. Boer.

DE TACITA PROHIBITIONE USUSFRUCTUS PATERNI. **xi**

Boer. *dict. decif. 193. num. 2.* & Jacob Schult. *dict. loc.*
Sed unde, quæso, hoc probabitur? & quis nescit differ-
entiam inter verba expressa & æquipollentia? sunt enim
hæc talia, quæ in utrumque sensum, & ita ambigue ac-
cipi possunt, ut proinde iis testator se juri potius con-
formare, & salua falcidia heredes grauare voluisse cen-
seatur, *arg. l. nemo. 55. ff. de legat. 1.* Ex quo porro cor-
ruit argumentum a testatoris voluntate desumptum,
quam maxime obseruandam dicunt, *arg. l. 127. ff. de le-
gat. i. l. ii. §. 19. ff. de legat. 3. l. 16. de dot. prælegat.* Nego
enim, ex verbis æquipollentibus prohibitionem falci-
dæ colligi, quin potius verba ejusmodi ita explicanda
dixi, ut falcidia heredibus salua conseruetur. Nec ul-
lum facit negotium *nouell. 119. cap. ii.* ubi non tam ex
voluntate tacita testatoris, quam ex sanctione impera-
toria in casu speciali prohibitæ alienationis detractio
falcidæ cessat, ut in aprico est. *Add. decif. elector. nou.
42.* (in qua Carpzouii opinio adprobata.)

§. XXXIII.

Ita solidissime destruit Carpzouius fundamentum
Heigii de tacita prohibitione ususfructus paterni. Quis
non putaret nunc, eundem Carpzouium rejecto funda-
mento conclusionem quoque huic fundamento erroneo
superstructam rejecisse, aut rejicere debuisse. Sed in o-
mnia alia hic abit ille. Nam *p. 2. c. 10. d. 10. n. 4.* hæc habet:
quoniam non solum ex verbis expressis, sed tacite ac verbis æqui-
pollentibus, veluti per ademptionem administrationis, quan-
doque usumfructum patri auferri, docent Möller. l. 2. semestr.
26. Matth. Coler. p. 2. decif. 276. Petr. Heig. p. 2. qu. 12. Hanc
doctrinam non improbat, sed doctrinam autorum cita-
tit. b. D. magistrorum. duas *100 milles* *100 torum*

torum suam facit. Habes hic specimen doctrinarum Carpzouii male cohaerentium. Sequenda autem sunt illa, quæ S. proced. ex eo adtulimus, illa enim cum principiis interpretandi conueniunt, ea vero, quæ in h. S. ex eo recensuimus, ad paleas pertinent.

§. XXXIV.

Et hinc Dn. Præses super ejusmodi casu consultus, mense Mayo a. 1715. sequentem in modum respondit:

Ob woll denen Groß-Eltern in Rechten vergönnet ist, ihre Enkel zu Erben einzusetzen, und denen Eltern den usumfructum von den Gütern, so über die legitimam derer Kinder vorhanden sind, zu entziehen,

hernächst es das anschen gewinnen möchte, daß in gegenwärtigem fall der testator, als Groß-Vater, seiner Enkelin Vater, E. S. den usumfructum der Groß-Väterlichen Verlässenschaft wirklich entzogen habe, angemerkt er auf den todesfall besagter seiner Enkelin in bonis extra legitimam nicht den Vater, sondern seine, des testatoris, halbgeschwister und andere nächste Freunde substitutet, zugleich auch der Enkelin einen absonderlichen Wormund, O. L. verordnet hat, und einiger Rechts-Lehrer Meinung dahin gehet, quod etiam tacite ususfructus patri adimi possit,

Heig. p. 2. q. 12.

Dennoch aber und dieweil (1) die rechte flahre mas geben, daß von denen bonis aduentitiis derer Kinder, vorunter auch die Groß-Väterliche Verlässenschaft zu rechnen, dem Vater der ususfructus gebühret,

hernächst (2) in der

auth. excipitur. C. d. tit.

fei-

Keine andere exception von dieser Regel zugelassen wird, als diese, si conditio adjecta, ne ad patrem ususfructus perueniat, dergleichen conditio aber (3) in des testatoris h. T. Testament nicht zu befinden, (4) diejenige Rechts-Lehrer, welche der angeführten dispositioni legis wiedersprechen, als Heig. p. 2. qu. 12. num. 3. fisch des argumenti a pohibitione falcidiae desumti bedienen, hingegen aber (5) der bewährtesten DD. Meinung dahin geht, quod tacita prohibitio non sufficiat, sed expressa requiratur, Carpzou. p. 3. c. 1. def. 13. welche Meinung auch in decil. elect. Saxon. nouiss. 43. bestätiger worden, und von andern berühmten J. C. tis thren verfall hat, vid.

Hahn ad Wesenb. tit. ff. ad L. falcid. §. 6.

Stryk. us. mod. ff. ad L. falcid. §. 6.

dahero (6) sonderlich was Carpzouium betrifft, nicht zu conciliiren ist, daß dieser

parr. 2. const. 10. def. 10.

Heigii Meinung de tacita prohibitione ususfructus exciperet und nichts dabei erinnert, hernach aber Heigii fundamentum an dem vorhin angeführten Orthe verworfen hat, folglich dergleichen ungegründete opiniones bey wahren Rechtsgelehrten woll keinen Beyfall finden können, sondern man ohne Zweifel bey der Verordnung der Rechte, welche expressam prohibitionem erfordern, verbleiben muß, da ohnedem (7) diese prohibitions odiosae sind und nichts anders, als Feindschafft und misstrauen zwischen Eltern und Kindern erwecken; So erscheint daraus so viel, daß dem Vater E. S. Das übrige von denen Zinsen der capitalien, welche

E.

zum

zum Bauen nicht angewendet werden, jure ususfructus
billig überlassen werden müsse, V. R. W.

§. XXXV.

Hæc de casu primo, v. §. XXX. Secundus casus DD.
hic est, si testator fratrem suum & fratri filios substituit,
quo casu, dicunt, frater, seu pater iste, in bonis relictis
suis filiis etiam non habebit usumfructum, Berlich. d.p.
dec. 136. num. 12. loco probationis hujus adsertionis
sequentia subjungit: eleganter Baldus conf. 108. (ubi pul-
chras rationes ad fert) incip. proponitur quod quedam. n. 4.
ibi: sed aduertendum est. lib.

§. XXXVI.

Prodeant itaque pulchræ illæ rationes Baldi. Sed
aduertendum est, inquit, quia ego dixi semper, quod ubi fra-
ter substituit fratrem & filios fratris, quod frater, seu pater
iste, in bonis relictis filiis suis non habet usumfructum, & ra-
tio est, quia copula (ET) cadens inter duo extrema, debet ea
copulare æqualiter, ut C. de impub. & alii substit. l. quam-
uis, sed si pater haberet usumfructum filiorum, copula non co-
pularet eos æqualiter. Item quia determinata prouisio te-
statoris facit cessare prouisionem legalem ad hoc, ut extra de-
testamentis cap. requisisti, & hæc fuit opinio Guarnerii in
auth. item hereditas. C. de bon. que lib.

§. XXXVII.

Hæc sunt pulchræ illæ rationes Baldi. Sed mox
earum deformitatem ostendemus. Prima petita erat
ex l. quamvis. 4. C. de impub. & al. substit. verba legis istius,
ad quæ Baldus respexit, hæc sunt: cum tamen proponas, ita
substitutionem factam fuisse: si mihi Firmianus filius & (no-
ta copulam cadentem inter duo extrema) Ælia uxor mea
(quod

(quod abominor) heredes non erunt, in locum eorum Publius Firmianus heres esto: manifestum est, in eum casum factam substitutionem, quo unius heredum substitutus potuit. Hic verum est, quod copula stilo Baldi inter duo extrema, Firmianum filium & Aeliam uxorem, cadens ea copulet aequaliter, id est, Firmianus filius unam dimidiam, Aelia uxor autem alteram habere debet. Idem est, si quis instituit fratrem & fratri filios, si enim fratri filii sub nomine collectio positi, isti unum semissem hereditatis accipiunt, alterum vero frater capit, l. 7. ff. de usfr. ad cresc. Sed quid inde ad prohibitionem tacitam ususfructus paterni? Imo, inquit, si pater haberet usumfructum, copula non copularer eos aequaliter, sed ubi, inquam ego, hoc in jure ita dispositum est, quod copula eos ita aequaliter copulare debeat, ut pater ipsum usumfructum amittat? nullibi certe, sed hoc solum in cerebro Baldi subnatum est. Copula copulat eos aequaliter juxta legum dispositionem, id est, quoad proprietatem. Quae vero addebat Baldus de determinata prouisione testatoris, quod illa faciat cessare prouisionem legalem: ea petunt id, quod in principio est. Negamus enim ex hac tenus dictis, quod determinata testatoris prouisio adsit.

§. XXXIX.

Imo nec ipse Baldus multum tribuit pulchris suis rationibus. Videl sine dubio, alios dictam assertionem de prohibitione tacita fouentes ad non. iis. c. 2. prouocare, ubi dicitur, quod in eo casu, quando pater filio predefuncto una cum defuncti fratribus germanis ab intestato succedit, pater ille usumfructum ex filiorum, aut filiarum portione sibi vindicare nequeat. Sed nimil cogitauit,

E 2

ab

DISSESSATIO INAUGURALIS
DISSESSATIO INAUGURALIS

36.

ab hoc casu speciali in lege expresso ad alios diuersos in
lege non expressos non valere consequentiam. Ergo
Baldus loc. cit. haec subiungit: sed alii ibi sentiunt contrari-
um, & hoc probatur per locam a speciali: nam speciale est, quando
pater succedit filio (scilicet juxta d. nou. 118. c. 2.) simul cum
fratribus ipsius filii, ut non queratur ususfructus patri: ergo
in contrarium est jus commune; (& ergo juxta hoc in casu,
de quo queritur, ususfructus patri debetur.) Unde, per-
git, glossa dicit ibi, quod illum versum & forsan &c. Guarne-
rius male posuit in illa auth.

§. XXXIX.

Verba ultima ex Baldo adducta nostræ obserua-
tioni occasionem dant. Scilicet nou. 118. c. 2. de eo solo ca-
su loquitur, quando pater filio una cum hujus filii defun-
ti fratribus ab intestato succedit. Guarnerius vero, siue
ärnerius, aut quisquis demum autors authenticarum fue-
rit, in auth. item hereditas. C. de bon. que lib. (que ex d. nou.
118. c. 2. defuncta est) etiam de extranei hereditate patri
& filiis simul ex testamento delata loquitur & idem ob-
tinere dicit ratione ususfructus paterni, quod priori
casu obtinebat. Verba citata authenticæ sunt: & for-
san si aliunde queratur (hereditas). Hic recte monet
glossa, quod ille versus & forsan &c. in authenticâ male
positus sit. Authenticæ sunt copie nouellarum, co-
pie autem ab originali suo recedenti fides haberi nullo
modo potest, v. paulo post §. XL.

§. XL.

Adest & alias manifesta diuersitatis ratio inter ut-
rumque casum. Scilicet ante jus nouellarum in suc-
cessione ab intestato fratres parentibus defuncti præfere-
bant-

bantur, primo fratres ex eodem matrimonio, & deinde his deficientibus fratres ex aliis nuptiis procreati, prout habetur in *I. u. C. commun. de success.* Patres ergo nullam proprietatis partem adquirebant. Postquam vero in *nou. usg. c. 2.* patres simul cum fratribus defuncti germanis ad successionem liberorum admissi fuerunt, liberi dimidiam proprietatis bonorum defuncti amiserunt, ex diuerso autem hoc ipsis solatii loco concessum fuit, ne patri in altera dimidia ad ipsos deuoluta ususfructus concederetur, per verba *d. nou. usg. c. 2.* quoniam pro hac usus portione hereditatis jus & secundum proprietatem per presentem dedimus legem. Hæc vero nulla ratione ad hereditatem extranei ex testamento ad patrem & liberos ejus conjuncum delatam applicari possunt, v. Brunnem. ad auth. item hereditas. *C. de bon. que lib.* Stephani ad *nou. usg.* num. 48. qui etiam verba Cujacii hac de re adducit.

§. XLI.

Rationes hactenus adductæ sat euidentes sunt, nec præter jam simul adductas aliis autoritatibus opus esset. Ne tamen illi, qui in controuersiis juridicis magis ad autoritates, quam ad rationes respiciunt, nostram opinionem singularem esse existimant: Strykium alias simul adducentem hic allegamus, qui de controuersia hactenus exposita mentem suam sequentem in modum explicat in *tract. de success. ab intest. diff. 2. c. 1. §. 26 & 27.* an vero, inquit, si pater cum filio in hereditate extranei concurrat, etiam sic filius plenam proprietatem capiat, an vero patri saluus sit in portione filii ususfructus? prius quidem adffirmandum putat Dn. Richter. *part. I. decis. 18. n. 10. & ad auth. item hereditas. C. de bon. que liber. n. 5. Forst. de success.*

sione lib. 7. c. 27. n. 6. Extraneus enim patrem & filium in viriles instituens, filium pleno jure vocasse censetur. Sed vix hæc opinio admittenda. Extranei enim hereditas ad filii peculium aduentitium spectat; in hoc vero patri ususfructus debetur, per l. 6. C. de bonis, quæ liber. Carpz. p. 2. const. 10. def. 7. Exceptio tantum in nou. 18. c. 2. formatur, si pater cum filio in successione alterius filii defuncti currat, quæ exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, nec ultra suos terminos eadem extendenda, Dn. Andreas Kohl. ad const. March. de success. conjug. qu. 14. n. 4. ubi exinde evincit, patrem ex statuto cum filiis in successione matris concurrentem, usumfructum tamen, non obstante d. nou. in filiorum bonis consequi, vid. Dn. Brunneman. ad auth. item hereditas. C. de bon. quæ liber. Nec obstat, quod extraneus tamen filium in plenam proprietatem vocasse censeatur. In dubio enim testator se legibus conformasse presumitur, nec ante patri ususfructus adimendus, nisi in specie hoc expresserit, vel verbis evidentibus declarauerit testator, per nou. 17. cap. 1. Nec quidquam refragatur auth. item hereditas. C. de bon. quæ liber. ubi Irnerius hoc ad hereditatem etiam aliunde quæsi tam extendit. Notum enim est, quantam fidem mereantur authenticæ, quoties a nouella, utpote originali, discrepant; exiguum scilicet, imo plane nullam, Matth. Stephani ad nouell. in proœm. n. 38. Nisi probatum fuerit, authenticam in casu, quo a nouella diuersum quid continet, usu adprobata esse, quod in genere factum esse existimat, Dn. Strauch. in dissert. Irnerius non errans cap. 2. n. 7. Et quidquid sit, ipsa authenticæ dubitative loquitur, quod ex particula forsitan abunde probatur, unde firma inde

de decisio peti non potest, & praxis sine dubio refragatur.

§. XLII.

Sufficient hæc de casu secundo, v. supra §. XXXV.
Transimus ad tertium. Hunc obscure exprimunt, quia opiniones obscuras ubique defendunt. Ita vero Berlichius d. p. i. decif. 136. num. 1. ususfructus, inquit, patri in bonis liberorum non adquiritur, sed tacite alementus presumitur generaliter in omnibus illis casibus, in quibus olim fideicommissum relictum a patre filio habebat in se tacitam conditionem, cum ERIT SUI IURIS. Probationis loco subjungitur Jason in l. cum filio. n. ff. de legat. 1. 157. ibi: quarto praे ista parte. Nicol. Boér. decif. 193. num. 3. verf. secundum quod per illa verba & seqq. Franc. Cald. irrepetit. l. si curatorem habens. C. de in integr. restit. verb. less. n. 145. vers. hujus autem tacite prohibitionis & seqq. Heig. quest. 12. incip. considerat quedam. num. 14. & seq. part. 2. en diuersos medios terminos!

§. XLIII.

Heigi loc. cit. chorda eadem oberrat. Hac formula, inquit, volo filio restitui, cum sui juris erit, similiter usumfructum interdictum notant DD. d. l. cum filio. id enim fit expirante cura. Dicit Heigius, usumfructum hac formula similiter interdici. Hæc particula sese refert ad casum, quem paulo ante proposuerat, nempe usumfructum paternum tacite prohibitum censeri, quando v. g. auia in bonis a se relictis nepotibus curatores in testamento constituit. Atqui nos illum casum tacite prohibitionis jam supra §. XXX. seqq. refutauimus: ergo facile conjiceretur licebit, quid de præsenti quoque statuendum sit.

§. XLIV.

§. XLIV.

Scilicet omnes hujus tacitæ prohibitionis fautores ad *I. cum filio. n. ff. de legat. i.* prouocant. Ergo verba ipsius legis, quæ huc præcipue pertinere videntur, ante omnia adponenda erunt. Ita vero Papinianus: denique Julianus, non insubili ratione motus, patrem, cuius filius heres institutus est, extero quidem, habita ratione legis falcidiæ, restituere hereditatem respondit; quoniam ex persona filii teneretur: ipsis vero filio, non admissa falcidia; quoniam ex persona sua sibi filius obligari non posset, ac pater non ut heres, sed ut pater, rogari videtur.

§. XLV.

Admodum varii sunt interpretes in explicatione hujus legis, prout hoc præ aliis fuse ostendit Franciscus Duarenus *ad d. I. u.* addit Jacobum Cujacium obseru. *I. 10. c. 38.* Sed ea in præsenti recôquere & examinare, instituti nostri non est. Hoc saltem notamus, quod DD. a nobis dissentientes tacitam conditionem supponant, **CUM SUI JURIS ERIT FILIUS.** Hanc conditionem, ut vocant, ex verbis finalibus *d. I. n.* collegerunt, & hinc quoque illa verba finalia adhuc inferenda erunt; Sunt autem haec: & ideo si filio rigatus sit pater post mortem suam, quod ad se peruenit ex legato, vel hereditate filio relictis, restituere, isque viuo patre decebat, omnimodo patrem id retenturum, quoniam fideicommissum ex persona patris vires acceperit.

§. XLVI.

Quod ad explicationem verborum ultimorum præcipue juxta jus vetus de caducis adtinet, de eo egit Cuiacius *loc. cit.* nos saltem examinabimus connexionem argumenti, quod ex adlegata lege formant tacitæ prohibitionis

tionis ususfructus paterni propugnatores. Argumentum juxta verba Berlichii & Heigii in §. XLII & XLIII. ad ducta hoc modo formari debet: *quotiescunque testator patri injunxit, ut bona a testatore relieta filio restituat, postquam filius sui juris erit: toties patri in hisce bonis tacite admittus esse censetur ususfructus.* Ita intelligo dissentientes, & si recte eos non intellexi, deprecor, illosque rogo, ut in futurum clarius loquantur. Puto tamen, me corrum mentem adsecutum esse & ad argumentum prolatum binis verbis respondeo: nego consequiam. Forsan hoc quoque urgebunt, quod tamen in lege extet patrem filio restituere debere *non admissa falcidæ;* sed responso pacis: a diuersis ad diuersa non valere consequiam.

§. XLVII.

Ergone nullus *d. l. n.* sensus erit, vel certe nullus effectus? imo, puto esse. Filius heres institutus erat, hereditas hæc ad peculium aduentitium pertinebat. Notum vero est, jure veteri pandectarum etiam aduentitia peculia patri & quoad proprietatem & quoad usumfructum, uno verbo, pleno jure adquisita fuisse, v. Zasium in tract. subdit. c. I. effect. 3. vers. in secundo casu. Pater ergo de ejusmodi peculio filio delato pro lubitu disponere illudque etiam in extraneum transferre potuisset, §. I. f. per quas person. cuique adquir. adde supra §. IV. testator autem in casu *l. n. ff. de legat.* I. hæc evitare & bona hereditaria filio heredi instituto conservare volebat, atque hinc rogabat patrem, ut post mortem sum bona illa filio restitueret, & quidem integra absque detractione quartæ falcidæ. Qua ratione autem tacita

F

ta

ta prohibitio ususfructus paterni exinde inferri queat,
ego quidem non video.

§. XLIX.

Instat Duarenus ad d. l. n. quid refert, an (testator) ita dicat: nolo usumfructum adquiri patri, an ita: volo, ut pater restituat usumfructum filio? nihil refert, addit, quibus verbis declarata sit voluntas testatoris, l. 2. C. commun. de legar. Ita quidem est, inter duas illas formulas exigua, vel nulla erit differentia, verum ego nullam ex iisdem in cit. l. n. inuenio, scilicet, quod pater filio usumfructum mox restituere debeat. Cessat ergo & hæc instantia, & tacita prohibitio ususfructus paterni in casu tertio, quem haec tenuis a §. XLII. proposuimus & examinavimus, nulla plane inuenitur.

§. L.

Casus quartus hic receperitur: instituit quis filium heredem, patri autem legarum relinquit, hic propter legatum illud paternum usumfructum in hereditariis illis bonis, quæ filio obuenerunt, tacite prohibitum esse existimant, quos recenset, Bartolus, Boerius, Surdus, certi, & quibus ipse accedit Joh. Franc. Andreolus *controverf. forenſ. 224.* cum hac ampliatione num. 2. etiam si legatum sit tenue & non annuum. Similis est casus, quem adducit Heigius p. 2. qu. 12. n. 10. ubi testatrix filium heredem scriperat, patri vero liberationem debiri cujusdam legauerat, quem calum repetit Berlich. d. p. 1. decif. 136. num. 10.

Videamus jam fundamenta, quibus hæc prætentæ tacita prohibitionis species innititur. Ex particulari le-

ga-

gato, inquit Andreolus loc. cit. n. 2, patri reliquo conjicitur testatoris voluntas, quod in ceteris bonis filio reliquis pater nihil habeat, l. 3. §. cum Pollidius. 3. in secunda ratione, juxta glossa in verb. tantum, ff. de usfr. & clarus in autb. item hereditas. C. de bon. que lib. ubi quando pater succedit una cum filio alteri filio, in portione filii eo casu non habet usumfructum, & tradit late Socin. sen. consil. 34. quæst. 3. lib. 1. Aretin. consil. 72. column. 2. Crayett. consil. 37. Roland. consil. 95. num. 49. l. 1. & consil. 90. n. 24. lib. 2. idem ergo dicendum, quando illi aliquid legatur in testamento extranei instituto filio, ex tali enim legato dicitur succedere pater testatori in re legata, in qua patrem diviuit heres quodammodo improprie, l. ad tempus. 14. §. in re legata. 1. ff. de usucap. dispositio vero d. autb. item hereditas, habet locum etiam, quando patri & filio relinquunt ab extraneo, &c.

§. II.

Miseritama sane fundamenta. Primo, quando dicitur, quod ex particulari legato patri reliquo conjiciatur testatoris voluntas, quod in ceteris bonis filio reliquis pater nihil habeat: petitur id, quod in principio erat & dubium per eque dubium probatur. Deinde l. 3. §. cum Pollidius. 3. ff. de usfr. hic plane non pertinet, nam Pollidius quidem a propinquia sua heres erat institutus, rogatus simul, ut filiae mulieris (testaticis) quidquid ex bonis ejus ad se peruenisset, cum certam ætatem puella complesset, restitueret, qua restitutio etiam fructus interim perceptos complectitur; verum enim uero illa filia, cui restitutio fructuum fieri debebat, non erat filia Pollidii, sed testaticis, nos vero loquimur de eo casu, quando filia illius adest, cui pars hereditatis, vel legatum reliquum,

licitum, conf. Brunnem. ad d. l. 3. §. 3. num. 5. Ut taceam, in d. l. potius expresse, quam tacite restitutionem fructuum Pollidio injunctam fuisse. Præterea Pollidio intuitu bonorum filiæ testatrixis non competebat ususfructus ex lege, uti quidem patri, & hinc ille ususfructus eo facilius Pollidio auferri poterat.

§. LII.

Præuidit hanc responsionem fortassis Andreolus, & ergo adjecit: *juncta glossa*. Ergo, si nihil probat tex-tus, probet glossa. Verum, quid nos glossæ tribua-mus, sicubi a tramite justi & veri recedit, de eo jam supra passim & in specie §. XVI. mentem nostram aperiu-mus. Ostendimus quoque §. XXXIX. quid de auth. item hereditas. C. de bon. que lib. fentiendum sit. Sed posito etiam, quod illa authentica intuitu extraneorum testan-tium autoritatem habere posset; illa tamen ad presen-tum casum plane non quadraret, quoniam loquitur de casu, quando pater & filius simul & conjunctim suc-cidunt, in præsenti casu autem solus filius heres institutus est & patri legatum relictum. Sed, instat, pater in legato succedens dicitur heres quodammodo improprie; re-spondeo, ab eo, qui dicitur heres omnimodo proprie ad eum, qui talis dicitur quodammodo improprie, non valet consequentia.

§. LIII.

Ne putas etiam, Andreoli sententiam ab omnibus adprobatam esse. Adducit ipse num. 3. dissentientes Gi-urb. ad consuet. Messan. cap. 7. gloss. 3. part. 1. num. 2. & 22. Morot. cons. 18. per rot. D. Caracciol. dec. 1. num. 8. iisque alios deinde adhuc addit. Rationes eorum haꝝ sunt, quod

quod ex legato relicto patri non inducatur necessario exclusio patris ab usufructu, cum legatum sit quid separatum ab usufructu, & de per se, ut loquuntur, stare possit, & ex separatis illatio recte non fiat. Porro, quod *auth. item hereditas.* loquatur de casu, quando pater cum ipso filio concurrit ad hereditatem, qui concursus non consideratur in patre legatario rei particularis cum filio instituto herede uniuersali, &c.

§. LIV.

Quid ad hæc Andreolus noster? his omnibus, inquit num. 9. *per perspicie censio resoluendum contra opinionem Morottii.* Nihil solidi vero adfert, sed priora jamduim refutata recoquit. Prouocat ad *auth. item hereditas* & dicit, quod licet illa authentica (utor verbis ejus) loquatur in hereditate & concursu, tamen ratio, ut dicatur prohibitus patri ususfructus, non consistat in eo, quod agatur de hereditate & concursu, sed ex eo, quod fuerit a liquidum relictum patri, ex qua particulari inclusione sequitur exclusio ususfructus, & ex exclusione non sequitur aliqua correctio juris communis. Plura referre piget propter argumentorum miseriam. Laudo Ascanium Clementinum de patr. potest. effect. 2. ampliat. 12. num. 40. etiam si, inquit ille, in hereditate filio relicta fuisse factum legatum patri, cuius in potestate filius erat, & a testatore additum, quod pater nihil amplius ex ea hereditate petere posse, nihilominus habebit pater usumfructum in tota hereditate aduenititia filii, ut dixit Paris. conf. 129. num. 10. part. 1.

§. LV.

Quinum casum tacite prohibitionis ususfructus pa-

F 3

ter-

terni singunt, quando filius heres institutus, *ipso tamen alienatio bonorum interdicta*, *Surd. consil. 116. num. 30. seqq.* veb juxta stilum Heigii d. p. 2. queſt. 12. n. 6. & Berlichii d. p. 11 dec. 136. num. 9. quando bona integrē & absque diminutione filio restitui jubentur. Hic casus est conclusio ex errore illo principio de tacita prohibitione falcidiae & argumen to exinde deducto, quod adduximus supra §. XXXI. & in §§. seqq. refutauimus. Instas forsitan, in nou. n. 9. c. II. tamen expresse haberi, quod falcidia detrahi nequeat, si legatario alienatio rei legatæ interdicta; respondeo, me hoc quidem concedere debere, sed prohibitio illa de tractionis falcidiae ad jus singulare, aut, si maius, ad exceptiones a jure communi pertinet. Jus singulare autem de casu ad casum extendi nequit, & exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, adde verba Carpzouii relata supra §. XXXII. *infim.*

§. LVI.

Hic quoque laudare cogor Andreolum d. controu. 224. n. 10 & 11. nisi enim me omnia fallunt, ipse hanc tacitæ prohibitionis prætensam speciem pro spuria habet. Verba ejus haec sunt: neque ex prohibitione alienationis facta filio heredi instituto ab extraneo censetur patri prohibitus ususfructus, ut tradit D. Carracciol. decisi. i. num. 22. reprobans recte *Surd. consil. 116. num. 30. & seqq.* contrarium volentem, nil enim habet commune proprietas cum usufructu, cum insimul manere necessarium non sit, potest enim proprietas esse apud unum, ususfructus vero apud alterum, & ob id non ex eo, quod fuerit filiofamilias prohibita bonorum alienatio, recte infertur, usumfructum quoque fuisse interdictum, ut explicat Caracc. d.

de-

decis. i. ubi ampliat, etiam si a testatore fuisse pater filio relietus tutor, ut aperte tradit num. 20. Porro admissa etiam opinione, quod per prohibitionem alienationis bonorum factum filio censeatur prohibitus patri ususfructus, quia esset species alienationis, tamen patri deberetur commoditas ususfructus, Molin. de primog. lib. i. cap. 20. num. 1. & cap. 19. num. 29. Angel. Arelin. in §. igitur Institut. per quas person. nob. acquir. ubi quod quando testator prohibere vult patri etiam commoditatem percipiendi fructus, debet dicere, quod patri non queratur non solum ususfructus, sed nec etiam commoditas percipiendi fructus, Jas. in leg. cum filios familias n. 157. ff. de l. 1. Franch. decis. 161. Haec tenus Andreolus.

§. LVII.

Casus sextus ex hoc quinto fluit. Tacitam prohibitionem ususfructus paterni adesse censent, quando testator dixit, *præter legata nemini quidquam debere dari*, es solle niemanden ohne Vorwissen des Thum. Capituls (hoc capitulum erat magistratus ordinarius filii in casu ab Heigio proposito,) *dein Kinde zu nachtheil nichts gesfolget werden*, Heig. d. p. 2. quest. 12. n. 1 & 7. qui autor ex dictis verbis prohibitionem prætensam necessario fluere existimat, quia diserte in testamento dictum, *præter legata nemini quidquam dari debere*. Expressisse vero testaticem in casu, quem refert, qua legata præstari voluerit, præterea autem nemini quid dari disposuisse, ergo nec patri, qui ex beneficio juris alioquin usumfructum habet.

§. LIX.

Contraria sententiam, quod nempe eo ipso ususfructus

fructus paternus prohibitus non censeatur, defendit Fernandus Vasquius *de success. progress. l.3. §.26. uum.32.* Voluntas prohibendi, inquit, satis certa non est. Nam illa verba: *integra bona mea filio præsentur, vel, quidquid inuentum fuerit in bonis meis, filio tradatur, vel restituatur,* etiam si adjectum sit, *sine ulla diminutione,* non inducunt necessario admitionem ususfructus, cum alium sensum satis sanum & non inutilem recipiant. scilicet, ne prætextu debitorum, vel animæ, vel funeris, vel alicujus piaæ causæ, vel legatorum, vel fideicommissorum, vel aliarum quarumcunque rerum aliquid ex bonis testatoris filio detrahatur.

§. LIX.

Nos Vasquii sententiam opinioni Heigii præferendam esse censemus. Rationem jam sæpe adduximus, quod prohibitiones juris communis in dubio non præsumantur, sed potius quilibet juri communi sese adcommodasse censeatur. Ergo, dicet forsan Heigius, aut ejus adsecla, verba testatoris, vel testatricis, otiosa fuerunt, at vero hic eadem obtainere debent, quæ alias in materia contractuum adferri solent, ubi nulla clausula, nullum verbum, nulla syllaba otiose & sine virtute operandi adposita intelligitur, v. Finckelth. *obs.21. num.3.* imo, inquam ego, in plurimis contractibus & in ultimis voluntatibus quotidie admodum multa otiose & sine virtute operandi ponuntur. Contrahit quis pro se & heredibus; at qui heredes jam ex lege sunt obligati, licet hoc non exprimatur. Testantur contrahentes se bona fide egisse & absque dolo; at qui ita agere debent, licet illud non exprimant. Alia adducere superfluum. Formula, de qua nobis sermo est

&

& quæ testamento adjecta fuit, nullum alium effectum habet, quam quod enixa testatoris voluntatem indicet, ut nihil sub vano & injusto praetextu aliquo in eos transferatur, quibus lex non prospicit. At vero patri lex omnino prospicit, & ergo expresa etiam prohibitione opus erat. Corruunt ex dictis simul, quæ habet Berlichius d.p.t. dec. 136. n. 7. ibi: *vel si verba testatoris alias nihil operentur, nisi ususfructus patri auferatur & filio adplacetur,* Jason in l. cum filios. v. de legat. i. n. 155. ergo cum &c.

§ LX. *Cafus septimus.* Fingunt tacitam prohibitionem ususfructus paterni adesse, si testator disposuit, *quod bona in pupillorum vel liberorum proprium, & non alterius usum, communum & utilitatem fideliter debeant collocari,* Berlich. d. dec. 136. n. 15. responso eadem est, quia in precedentibus, & vox alterius non respicit patrem, qui eadem est persona cum filio, eumque alit atque educat, sed tertium. Sed, addit Berlichius, quid si dixerit testator, *quod bona filii (ex frumentis) augeri debeant?* respondeo, hoc caſu prohibitionem expressam adesse, non vero tacitam. Non possum non hic quedam excerpere ex responso quodam de a. 1624, quod exhibet Berlichius num. 16. ita vero ibi rationantur autores responsi: *Wann nun gleich der dreyen instituerten Erben leiblicher Vater noch am Leben, dessen aber in berührtem letzten Willen außer dem, da es des testatoris Tochter Hauswirth genannt wird, sonst nicht gedacht, vielweniger derselbe von seiner Kinder Großväterlichen Erbschaft, ususfructu und Abmuthung, so ihm außer diesem, vermöge der Rechte gebühret hätte, ausdrücklichen entzogen, noch derselbe ihm im Buchstaben entzogen;* So erscheinet doch daraus allenthalben so viel, daß solches des testatoris Wille und

G

Mei-

Meinung gewesen, und ist er demnach, bey so gestalten Sachen, eurer darwider angezogenen motiven ungeachtet, des ususfructus, gedachter seiner Kinder Grossväterlicher Verlassenschaft, auch seiner väterlichen legitime eines, oder des andern Antheils, so lange derselbe noch am Leben, sich anzumassen nicht befugt, V. R. W. Hic rationes dubitandi quidem adsunt, sed rationes decidendi frustra quæsueris. Est idem modus disputandi, quem intuitu Andreoli notauimus §. LIV.

§. LXI. Octauo prohibitionem tacitam adesse volunt, quando testator, vel testatrix testamento jubet, ut filio tantum soluatur, Heig. d. p. 2. qu. 12. num. 15. Hic casus cum precedentibus in effectu conuenit & sic æque nullius momenti est, quam ille erat. Jubet testator, ut filio tantum soluatur, ergo prohibet, ne sub aliquo praetextu aliquid in tertium transferatur, pater autem non est tertius. Jubet testator, ut filio tantum soluatur, scilicet quoad proprietatem, quo ipso non excluditur ususfructus, qui patri ex legi dispositione debetur.

§. LXII. Usumfructum patri auferri nonnulli volunt, quando pater ad secunda vota transiit, ne scilicet nouerca de bonis & usufructu liberorum primi matrimonii participet, quam sententiam referente Berlichio d. p. 1. decif. 136. num. 14. defendit Joh. Lupus in repet. rubr. X. de donat. ini. vir. & ux. fol. 45. col. 1. verf. ex predicitis insertur adduo & seq. Pudeat Lupum, quoniam aliquid adlerit, quod aliter expressis verbis dispositum in I. fin. C. de bon. matern. adponamus verba legis, cuius autor Leo est. Omnen, inquit, ambiguitatis confusione amputantes, hac liquida, & compendiosa lege fancimus, circa usumfructum maternarum rerum nullam esse differentiam, sive in priore matrimonio pater, ex quo fili-

filios habuit, permanere voluerit, siue nouercam filiis superinduxerit: legibus, quae de maternis bonis latæ sunt, suam habentibus firmitatem. Patres igitur usumfructum maternarum rerum, etiam si ad secundas migrauerint nuptias, sine dubio babere debebunt: nec ullam filiis, vel quibuslibet ex persona eorum contra patres improbad vocem accusationemque posse competere.

Errorem Lupi ipse agnoscit Berlichius, ut & Paschalis de vir. patr. potest. p. 1. c. 13. n. 37. In l. 5. C. de sec. nupt. habetur quidem, quod pater ad vota secunda transiens proprietatem earum rerum amittat, quas a defuncta uxore accepit, & solum usumfructum retineat; verum illa dispositio ad casum presentem non quadrat, ubi non de retentione, sed amissione ususfructus agitur.

§. LXIII. Decimum casum, putatiæ prohibitionis tacitæ adfert Joh. Baptista, Cardinalis de Luca, *in theatr. verit. & justit. tract. de seruit. discurs. 6o.* Instituerat aliquis filium libere. Hoc vocabulum, inquit, autor citatus, est exclusivum cuiuscunque oneris & feruitutis, ergo etiam ususfructus paterni, nam ususfructus est species feruitutis. Respondeo, probabilius esse, quod vocabulum illud hoc saltem indiget, testatorem ex libera voluntate filium heredem instituisse. Nam & hoc in aliis causis lucratius, v. g. donationibus, infrequens non est, ut donator declaret, se donare libere, non coacte, aus gutem freyen Willen, ungezwungen und ungedrungen, unde donatio describitur actus liberalitatis, quando quis *nullo jure cogente* aliquid in alterum transfert, l. 29. pr. ff. de donat. Ergo in dubio non est recedendum a dispositione juris communis, juxta quam ususfructus patri competit.

§. LXIV. Porro prohibiti ususfructus paterni in casu proposito exinde defumit Cardinalis de Luca n. 6 & 7. quia

testator omnia verba & facta in ipsum filium direxerat, & hinc
filiū arbitrio modum exequiarum, sive funerum ac modum pree-
standi alimenta & subuentiones aliquibus familiaribus & bene-
uolis commisera, & quod magis, cum esset morti proximus,
ibique adiisterent pater & filius, testator manu sua tradide-
rat filio heredi instituto claves scribiriorum & mansionum, in qui-
bus res preiosiores conservabantur. Ego hic necessariam
consequentiam nullam deprehendo, quare ususfructus
paternus tacite prohibitus esse debeat. Claves tradidit he-
redi instituto tamquam proprietario bonorum relicto-
rum, & quia usumfructum patris expresse non prohibuit,
dispositioni juris communis se se conformasse censetur.
Et quamvis testator eo ipso administrationem bonorum
patri interdixisset, de quo tamen ne quidem constat, supra
tamen §. XXX, jam ostendimus, a prohibita actuali admini-
stratione ad prohibitionem ususfructus non valere con-
sequentiā.

§. LXV. Fortissimum denique argumentum Luca num.
3. illud fuisse reputat, quia filius heres institutus jam in etate
& statu nubili constitutus erat, & hinc testatorem in animo
habuisse dicit, ut filius heres ac uxorem duabus figuram dis-
tingueat & de per se faceret, dixerat ab illa patris, cum honorifico
vocabatu, que omnia sequi non potuissent, ususfructus patri ad-
quiriri debuisset. Argumentum sane elumbē & longe peti-
tum, quasi vero pater filio ea suppeditare non teneatur,
quibus filius indigit matrimonium initurus, quamvis pater
usumfructum aduentitiorum habeat. Patrem filios a-
lere debere, non propter hereditatem, sed propter natu-
ram habetur in l. f. §. 5. C. de bon. qua lib. & hoc intelligenti-
dum est iuxta eorum statum atque conditionem. Tu inter-
rim nota phrasē adductam: figuram distingue & de per se
fa-

facere, nam non semper occurrit. Pertinet illa sine dubio ad stylum hec tericum & ratiocinatum, cuius mentionem facit Luca d. num. 8. eoque se usum esse testatur.

§. LXVI. Plura forsitan figura et alia tacita hujus sic dictae prohibitionis ususfructus paterni apud alios DD. occurrunt, sed ea ex hac tenus dictis facile refelli poterunt, quare plura conquirere necessitas non postulat. Nos adhuc cum B. Strykio dicimus, v. supra §. XLII. in dubio testator se legibus conformasse presumitur, nec ante parri ususfructus ad imendus, nisi in specie hoc expresserit & verbis evidenter declarauerit testator. Hac sententia quoque in ordinat. potest ducat. Magdeburg. c. 42. §. 4. adprobata fuit. Es soll aber jedem frey stehen, in seinem letzten Willen die Fruchtnebung dessen, worüber er die Kinder zu Erben einsetzt, oder was er ihnen im letzten Willen vermacht, dem Vater zu entziehen und Vormundadre oder Curatoren zur Verwaltung seiner Verlassenschaft zu verordnen, doch das dem Vater die Fruchtnebung im letzten Willen ausdrücklich verboten werde; wodurch ihm aber die Aufsicht über die Verwaltung der Vormünden und curatoren, auf die jährliche Abnahme der Rechnung, und da er so gar verarmet, daß er keine Lebens-Mittel hätte, zum Unterhalt ein Gewisses, so die Obrigkeit, nach der Kinder Vermögen zu sezen hat, ungleichen die Succession an solchen Gütern, wann eines oder das andere von denen Kindern verstirbet, unbekommen bleibt; so lange aber dieselben am Leben, hat er sich auf die Fruchtnebung der andererbeten Gütern nicht zu berufen, noch sich derselben in solchen Gütern anzumachen. Epiphonema ergo hoc est! NON DATUR TACITA PROHIBITIO USUSFRUCTUS PATERNI AB HOMINE

FACTA
SOLI DEO GLORIA.

G 3
CO-

COROLLARIA.

I.
Actio de dolo, quatenus ex principiis juris Romani prouenit, in foris nostris non est recepta.

II.
Distinctio inter usumfructum causalem & formalem rem magis implicat, quam explicat.

III.
Adsertio juris Romani, quod testator usufructuario cautionem usufructuariam remittere nequeat, omni fundamento destituitur.

IV.
Idem dicendum de alio ejusdem juris adserito, quod habitatio magis in facto, quam in jure, consistat.
V.
Receptio juris Romani plus damni, quam utilitatis Germaniae adtulit.

VI.
Distinctio inter actionem de pauperie & de pastu nullam plane utilitatem habet.

VII.
Recte statuit Bachouius, quod contractus chirographarius presumit mutuum sit.

VIII.
Pecunia lusitrica ad peculium prosecutum pertinet.

IX.
Liberi parentes hodie sine prævia venia impetracione in jus vocare possunt.

X.
Et pari ratione vasallus dominum.

CLARISSIMO
DN. CANDIDATO,

S. P. D.

JACOBUS FRIDERICUS LUDOVICI

Ita nunc finis coronat opus. Homines desidia & luxuriae deditos, qui animam pro sale habent, ne putrefcant, qui rixandi aliosque injuriis adisciendi studium tamquam artem exercent, carcer, mulcta, relegatio & interdum grauior adhuc pena manet. Ita tunc discedunt ex academiis, postquam non modo aliis, sed maxime sibi ipsis nocuerunt inutilia illa terrae pondera. Ex diuerso autem homines vere ingenuos humilia & ferdida non delectant, sed magnarum rerum species dicente Seneca eos ad se vocat & extollit, quorum animus in motu est, unde instar flammæ in rectum surgit, jacere, deprimi, atque quiescere non potest. Hi sunt illi, quorum opus finis coronat. Ad classem ejusmodi ingenuorum hominum Te quoque merito refero, doctissime Candidate. Sectatus es studia liberalia, artem boni & æqui excoluisti quamdiu in hac academia commoratus es. Non solum collegiis lectoriis, ut vocant, sedulo interfueristi, sed & examinatoria cum conterraneis Tuis plerique singulis fere semestribus sub mea directione repetiisti. Quid mirum ergo, quod jam finis studiorum academicorum opus Tuum coronet. Felix es, eodem Seneca judice, qui ad meliora hunc impetum dedisti, quoniam eo ipso Te extra ius ditionemque fortunæ posuisti. Gratulor itaque Tibi ex animo de fine hoc, qui opus coronat. Deus porro clementer adist omnibus conatibus Tuis, ut in ipsius summi Numinis gloriam, reipublicæ, Tuam, Tuorumque veram utilitatem perpetuo vergant. Ita iterum iterumque ex animo voveo. Daham d. xix. Maji MDCCXVI.

Da

Sa die Gelehrsamkeit der groſte Schatz zu nennen;
So zeigfuns diese Schrifft den ſchönen Reichthum an,
Und wer dieſelbe lieſt, der muß zugleich bekennen,
Daf die Erſtindung hier nicht umbelohnt feyn kan.

Johann Wichterl nach ſich und folgenden Zeilen
Womit dein Vorſah dir, der Conring vorgeſchriften.
Mit diesen wenigen Zeilen gratuliret dem Herrn Candidato
maxima imp. in der bald zu erlangen Dottor-Würde
-rexit imp. Deſſen ergebenſter
-mei muibut libet. **M A T T H I A S von W I C H T** Friso.

Cet essay, ḥaujouz d'hy Vous nous faites paroître,
Temoigne un esprit vif, un rare jugement,
Que l'étude a pourvu d'un ſolide agréments
Les connoiffeurs diront, que c'est un coup de Maître
Permettez, cher Amy, qu'avec un cœur de flame
Pouffé par le deyoir, par l'inclination,
Je vienne Vous offrir, dans cette occaſion,
Des voeux, que Vos Amis font tous pour Vous dans l'ame
Puiffiez Vous, pour l'etat etant ſi bien demife,
Monter heureuſement aux plus brillants emplois,
Avec un bon ſuccēz faire regner les loix,
Etre enfin l'ornement, les delices d'Oſt-Frifo.

H. S. BACMEISTER Frifo.

Natre d'une famille où brille le merit
Accompagné par tout d'une rare vertu,
Sans sortis de chez ſol, trouver qui l'on imite,
Et suivre le chemin que l'on trouve battu,
C'eſt là votre avantage & c'eſt la vōtre étude.
Faites toujours, Conraig, ce qu'ont fait vos Ayeux
Si vous continuez après ce beau préhude,
Le ciel fera pour vous ce qu'il a fait pour eux.

M. P. N. du commun dit Veron.

¶

¶ ()





S. L. XVII. 222
1716 266 2

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,
DE
TACITA PROHIBITIONE USUSFRUCTUS PATERNI,
Quam
DEO T. O. M. ADNUENTE
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DN. CAROLO,
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRANDEN-
BURGICO, CETERA,
IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA
PRÆSIDE
JACOBO FRIDERICO LUDOVICI,
JCTO, POTENTISS. REGIS BORUSS. CONSIL. AULICO
ET PROFESS. PUBL. ORDINARIO,
PRO LICENTIA,
Summos in utroque Jure Honores & Priuilegia Doctoralia
rite adipiscendi,
Ad d. Maij M DCCXVI. H. L. Q. C.
Placido eruditorum examini submittit
WARNERUS JUSTUS CONRING,
EMBD. FRIS. ORIENT.
HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.